



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Tit. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

Alexand. III. qui obiit circa annum 1181. Vel secundum alios potest responderi illam Paul. I. constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesie ultra triennium, ita quidem, ut ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus Ecclesiasticos, latissime enim contingit locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiastica pradia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, ut euenire videtur in hoc textu, quam quidem fructuum & reddituum locationem ultra triennium fieri posse resoluunt Conu. var. lib. 2. cap. 16. num. 6. in fine. Redoan. de rebus Ecclesie pag. 350. a. num. 4. vers. & dicta. Greg. l. 9. verbo arrendat tit. 7. part. 1. Auend. de exequendis mand. part. 1. cap. 4. num. 32. ad finem. Card. Mantie. de iacris & ambig. conuen. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 21. Cened. d. collect. 76. num. 3. & ad sextum collect. 32. num. 2. quamuis in puncto iuris contrarium verius resoluendum puto cum Gama, & Gutier. quos refero, & sequor d. alleg. 95. num. 20.

3. *Præstata fide.* Notatur ad hoc quod fidei præstatio est iuramentum quoad Deum, in dubio tamen promittens per fidem intelligit de humana per quam nobilibus, vel qui se tales iactant, suam fidem solent adstringere, & isto casu cum non sit iuramentum per rem sacram, non erit peritius, sed ratione uiolata fidei peccabit, reputabiturque infamis inter homines, vide Couu. in cap. quauis pactum part. 1. §. 2. n. 2. Ferdinand. Mendoc. lib. 1. disp. iuris c. 6. quæst. 3. pag. 241. cum seqq. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 1. n. 3. Perez l. 1. vers. queri solet virum. tit. 6. lib. 8. Ordin. pag. 186. plures per Cened. d. collect. 76. n. 4.

In gloss. Terminam ibi in utilitate Ecclesie conuersa fuisset. Aduerte expensas in utilitatem Ecclesie dici conuersas si factæ fuerunt in rem Ecclesie perpetuo duraturam, vide Mascard. de probat. conclus. 728. D. Barbosa in l. filiofamil. §. fin. num. 22. cum seqq. ff. soluto matrimo.

6. In ead. gloss. ibi, successor stare non tenetur, &c. Notatur ad hoc quod successor Prælati, alteriue beneficiati, non tenetur stare locationi per suum prædecessorem factæ, si Prælati vel beneficiati nomine proprio locereditus suæ dignitatis, vel beneficii in suam utilitatem, secus si nomine Ecclesie contraxisset, & pecunia inde recepta in utilitatem Ecclesie conuersa fuisset, ita resoluunt plures citati per Cened. d. collect. 76. num. 5. quibus adde Mich. Grassi. in 1. commun. opinio. l. 4. tit. 43. num. 40. vbi Viuiam. num. 125. Aloy. Ricciol. in collect. decis. part. 4. collect. 1007. & collect. 1053. in fine, & in praxi Archiepisc. Neapol. decis. 112. a princip. Modern. de iurisdiction. part. 4. casu 98. num. 8. & in variis nouiss. decis. voto 180. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 37. a. num. 18. Cardol. in praxi iudicum, verbo fructus num. 23. & verbo locatio numero 6. Cardin. Tolc. verbo locatio concl. 419. Card. Mantie. de iacris & ambig. conuention. lib. 5. tit. 13. num. 21. Stephan. Quaranta in summa Bullarum, verbo alienatio rerum Ecclesie num. 19. Chald. Pereira quæst. forens. lib. 2. quæst. 32. & de empt. cap. 26. num. 5. Molina de iustit. tract. 2. disp. 492. ver. quod denique. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 8. de locato, & conducto cap. 6. quæst. 7. Rebell. de oblig. institut. part. 2. lib. 14. quæst. 11. num. 17. Reginald. in praxi forens. lib. 25. cap. 43. num. 528. cum seqq. Martin. Bonacina de contractib. disp. 3. quæst. 7. puncto ult. num. 10. Marc. Ant. Genuens. in practicabilibus Ecclesiasticis quæst. 137. quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 94. n. 1. vbi numeris seqq. multipliciter limito, & declaro supradictam conclusionem. Et illa limitatio principalis est, ut scilicet successor in Ecclesia teneatur stare locationi factæ per prædecessorem etiam nomine Barbos. Collect. Tom. 111.

proprio, quando annus est inchoatus, & iam facta est impensa necessaria, vel magna pars illius, ut quia tertia sunt lata, Bald. in l. emptorem num. 7. vers. sed pone colonus, C. locati, Orasc. decis. 82. num. 10. Surd. decis. 52. num. 12. Marellor. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 7. in fine, & hoc casu si res de sui natura vnicum fructum reddit singulo quinquennio, standum est colono pro toto illo quinquennio, ut post Alex. & Gabr. notant Surd. decis. 52. num. ult. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 606. n. 19. Notandum autem quod in quibus casibus successor tenetur stare locationi factæ per antecessorem, vel potest ab ea recedere, in iisdem colonis cogitur perferre, vel potest recedere ne iudicentur ad imparia, sed æqualitas inter eos seruatur, quia contra etus claudicare non debet. Surd. d. decis. 52. n. 9. & 10. Stephan. Gratian. d. c. 606. n. 13. cum seqq. refert Ferentill. in annot. ad decis. 482. Buratt. num. 18. cum seqq.

In gloss. Ecclesiam, fin. ibi, Ecclesia multis modis dicitur, &c. Vide Turrec. in summa de Ecclesia lib. 1. cap. 2. gloss. 1. per text. ibi in l. 7. tit. 5. lib. 1. for. leg. Perez l. 1. gloss. 2. in princip. tit. 1. lib. 1. Ordinam & l. 1. gloss. 5. vers. tertio modo, pag. 35. tit. 1. lib. 5. Ordinam. Sauch. de matrimonio lib. 3. disp. 15. num. 20. dixi latè ad rub. de Ecclesia adif. Quomodo autem Ecclesia, diffiniatur tradunt Turrecrem. d. lib. 1. c. 1. circa med. Cardin. Bellarm. lib. 3. de Ecclesia c. 2. Ant. Ricc. in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 1. c. 3. a princip.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

TIT. V.

SUPER hanc rubricam scripserunt Collect. Zabbar. Bell. Ioan. Andr. Anan. Butt. Anch. Panor. Felin. Mar. Socin. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canonici, Martin. Mennart. in epitome Decret. fol. 176. verba. Stephan. Rancin. in contin. titul. Decretal. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 681. Goffr. Holt. in sum huius tit. Alex. Castan. & Anast. Germ. in paratitulis ad quinque libros Decret. nouissime Ioann. Honor. lib. 5. summa in Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canonici, Zypæ. in analytica potestati iuris Ecclesie enarrat pag. 384. omnes sub hoc tit. Magistri qui dicantur, latè tradit Illustriss. D. meus Roderic à Cunha in comment. ad cap. miserrum 4. dist. 61.

S Y M M A R I U M.

- 1 Cathedralis Ecclesia prouidere debet Magistro de beneficio, qui clericos eiusdem Ecclesie, & alios pauperes gratis doceat, & quid hodie attento Concilio Trident. ostenditur, & n. 2.
- 2 Magistri gratis discipulos docere debent.
- 3 Salaria assignari debent Theologia Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus.
- 4 Ordinatus dicitur habere alimnde quando habet patrem diuitem.
- 5 Ordinari quis non potest absque patrimonio, etiam si habeat patrem diuitem.
- 6 Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij non debet aliquid ab eis exigere, vel accipere.
- 7 Venditio donorum intellectus, & voluntatis est simonia lato modo.

E C A P.

CAP. Quoniam I.

Ex Conc. Lateranen.

Ecclēsia Cathedralis debet providere de Magistro qui clericis, & pauperes Scholares doceat gratis & ei competens præbeatur beneficium. Item nullus exigit pretium pro licentia docendi, nec ab eis, qui docent aliquid exigant sub prætextu consuetudinis, nec interdicit alicui idoneo petita licentia legere, qui contra hoc præsumpserit facere, beneficio privati debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Hostiens. Mar. Socin. Felin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 51. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 634. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexan. III. cap. 18. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 1.*

Hodie ex noua dispositione Concil. Trident. sess. 5. de reformatione. cap. 1. in Ecclesia Metropolitana, vel Cathedralibus, & Collegiatis, quæ sunt in aliquo insigni oppido, etiam nullus diocesis, si ibi clerus numerosus sit, operam Episcopus dabit, ut sacræ Scripturæ lectio habeatur, & pro stipendio docentis præbenda primo libere vacans tribuatur, & si nulla, vel sufficiens aliud adsit, Episcopus fructus alicuius simplicis beneficii assignabit, vel si neque hac ratione huic Theologo providere possit, tunc per eos, qui beneficia habent in ciuitate, diocesi vel aliis ut commodius fieri poterit, Episcopus de Capituli consilio huic providebit, non tamen ob hanc, lectio alia omitti debet, sed ea habenda, si haberi confluuerat, de quo Concilij decreto agunt Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verbo præbenda Theologalis. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 20. num. 53. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. c. 4. num. 155. cum seqq. Ego ipse de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 56. à prime.*

Gratis.] Notatur ad hoc quod Magistri debent gratis discipulos pauperes docere, ut per Tiraquel. de nobilit. c. 29. num. 42. & seqq.

Competens aliquod beneficium præbeatur.] Notatur ad hoc quod Theologiae Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus salaria assignari debent, & interdum beneficium conferri propter docendam Theologiam, ut per Soar. de Religion. tom. 1. lit. 4. de simonia cap. 18. num. 7.

Ne pauperibus, qui parentum opibus, &c.] Notatur ad hoc quod ordinatus dicitur habere aliunde quando habet patrem diuitem, ut per Surd. de aliment. tit. 7. quest. 37. num. 3. ubi num. 2. male resoluit posse quem ordinari absque patrimonio si habeat patrem diuitem, contra quem insurgunt Flam. de resignation. benef. lib. 2. quest. 6. num. 28. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 26. §. 9. num. 3. Campan. in diverso iuris Canonici rub. 8. cap. 5. numero 3. quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 19. num. 60.

Vel sub obreptu, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij non debet aliquid ab illis exigere, vel accipere, aliàs quasi simoniam committit, ut per Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 38.

In gloss. Consuetudinis, ibi, quasi simoniacum reputatur hoc. Probat hæc gloss. dantem pretio naturales scientias acquisitas, simoniam quandam latè sumptam committere, quæ quasi simonia dici potest, & faciunt quæ Soar. tom. 1. de Religion. lib. 4. de Simon. cap. 8. num. 5. Verum in hoc casu non

committi simoniam rectius tenent Doctores communiter Theologi in 4. distinct. 25. ubi Durand. 33. Palud. quest. 5. & Richard. artic. 3. quest. 2. S. Thom. 2. quest. 71. artic. 1. ad 2. & quest. 100. artic. 3. ad 3. Syluestr. verbo *simonia* quest. 10. Nauarr. in manual. cap. 13. num. 100. Valent. tom. 3. disputat. 6. quest. 26. puncto 2. colum. 3. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 23. num. 112. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 12. de Simon. cap. 18. quest. 4. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. num. 74. Filliuc. tractat. 45. cap. 2. quest. 1. Bonacin. var. tract. ubi de simonia, quest. 4. §. 10. ex num. 1. Non enim defendi potest hæc gloss. etiam si dicamus illam loqui de venditione ipsarum scientiarum quatenus sunt habitus, & spirituales per se sentiam, quia hæc nec de iure nec de facto in alium transferri possunt, atque ideo nemo erit adeo insanus, qui sic emere, aut vendere velit: est ergo intelligenda de venditione doctrine, per quam alii scientia communicatur, quæ pretio æstimari potest, ac proinde in tali venditione nulla potest interuenire simonia etiam latè sumpta, quinimo si is, qui publicum habet stipendium, ab aliquo pretium exigit, non scientiam vendere iudicanda est, ut docet S. Thom. d. art. 3. ad 3. sed id quod præstare potest, nempe doctrinam, & docendi laborem, & tunc ultra iustum pretium iniuste peti, & sic peccat contra iustitiam, Bonacin. d. §. 10. num. 3. in fine; at verò si aliquis scientiam ipsam frustra vendere intenderet, nec nunc simonia esset, sed iniuria alieni contumacia, dum pro re, quam præstare non potest, pretium erigit, quod adeo verum est, ut etiam si vendens scientiam, vel doctrinam intendat vendere ipsam veritatem, nec tunc simoniam committit, quia ipsa veritas non est aliquid supernaturale, & sacrum, ac proinde non potest esse materia simoniae, Soar. d. lib. 4. de Simon. cap. 28. numero 11. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. numero 75. Filliuc. d. tractat. 45. cap. 2. quest. 1. num. 4.

Hinc colligitur simoniam non committere qui pretio docuerit Theologiam practicam, vel speculatiuam, seu scholasticam, aut interpretatiuam Scripturarum, quia actiones Magistri docentes Theologiam naturales sunt, & labor atque opus ipsius est pretio æstimabile, tum quia Theologia naturalibus iuribus comparatur, & ad exemplum eorum docetur, veraturnque in deducendis conclusionibus ex principiis supernaturalibus: tum denique quia licet doctrina ipsa Theologia in se quidem supernaturalis sit, actus tamen docendi non est supernaturalis, neque ex parte principij, cum possit esse posita reuelatione articulorum veritati circa illius actibus merè naturalibus independentibus ab auxiliis gratiæ supernaturalibus, neque est supernaturalis ex parte termini, quia per se non ordinatur ad salutem spirituales, neque est supernaturalis quoad effectum cum instruat intellectum quatenus naturaliter ab eo fieri potest ex vi discensus; ita Victor. relect. 1. de Simon. num. 6. Soar. d. lib. 4. de Simon. cap. 18. num. 9. Filliuc. d. tractat. 45. cap. 2. quest. 7.

CAP. Prohibeas. II.

Pretium exactum pro licentia docendi est relictum, & promissum est remittendum, quod scriptum est, *Gratis accepistis, gratis date*, cessante appellatione; Item si inferior nondum instituit Magistros in locis debitis, superior præficere debet viros prouidos, honestos, & discretos appellatione postposita.

fit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panor. Mar. Socin. Felin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 51. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 634. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 3. cap. 2. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. par. 2. cap. 17.*

Vide posita in cap. precedenti.

Ne in Parochia sua pro licentia docendi exigatur aliquid, &c. Quamvis prohibeatur in presenti aliquid pro licentia studendi exigere, tamen dando vel accipiendo pretium pro huiusmodi licentia nulla simonia committitur, quia actus docendi non est res facta, nec actus potestatis spiritualis pro qua pretium dari non potest, ita Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 18. num. 19. Filiuc. tract. 4. cap. 4. quest. 8. num. 12. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 82. Bonacin. var. tractat. vbi de simonia, quest. 4. §. 10. numero 10. Quod quidem ex eadem ratione locum habet in vendente licentiam ad docendum Theologiam, secundum Soar. d. cap. 18. num. 14. Filiuc. d. cap. 4. quest. 7. Bonacin. d. §. 10. numero 11. quicquid existimet Lessi. citato loco in hoc casu dari simoniam iuris humani, non autem iuris diuini. Et demum locum habet in vendente magisterium, seu Doctoratum Theologiae, hunc enim non esse reum simoniae resoluunt Soar. d. cap. 17. num. 15. Filiuc. d. cap. 4. quest. 8. num. 18. Lessi. d. dub. 13. numero 83. vbi ampliat etiam si magisterium seu ius docendi conferatur à Papa potestate spirituali.

SVM MARIYM.

- 1 Pecunia exigi non debet pro licentia studendi, etiam si hoc habeat consuetudo.
- 2 Doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus.
- 3 Doctoratus dignitatem quis sine peccato ambire potest.

CAP. Quanto. III.

PECUNIAM ne quis pro licentia docendi exigat prohibetur sub pena excommunicationis, & privationis officij, & dignitatis, etiam si hoc habeat consuetudo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Felin. Panor. Mar. Socin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 52. Alagona in compendio iuris Canonici pag. 635. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. par. 2. cap. 18.*

Districte precipientes, &c. Ex hoc text. Rot. in *Craconensis legendi 21. Maij 1627.* coram Reu. D. meo Coccino colligit idoneos magistros admitti ad legendum sub pena excommunicationis, & contrariam consuetudinem tanquam iniquam, & irrationabilem damari, proindeque non posse aliquam consuetudinem introduci, quia titulus prescriptionis erit semper iniustus, & cum canon prohibeat prescriptionem, bona fides nihil prodest. Abb. in cap. cum ex officio num. 4. de prescript. Paris. conf. 114. num. 8. & 27. lib. 1. Cou. in c. possessor part. 2. §. 8. num. 5. in fine. & n. 5. Menoch. de presump. lib. 3. pres. 131. num. 4. & quod sufficit legem resistere consuetudini ut nulla valeat etiam quod initij memoria non extet. Felin. in cap. accedentes num. 6. vers. fallit tertio, de prescript. & quod consuetudo contra ius semel reprobata per legem non habet. Collect. Tom. III.

non possit amplius introduci, ita. in l. de quibus n. 80. ff. de legib.

Dignitatem assumunt. Ergo Doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus, de quo vide Tiraquell. de nobilit. c. 28. num. 2. Marquard. de Iudais part. 2. c. 7. in princ. Duem. reg. 190. vers. amplia. 3. Cassan. in catalogo glorie mundi par. 8. confid. 12. Roland. consil. 67. num. 9. volum. 4. Cephal. consil. 117. num. 23. vol. 1. Caballin. millelog. 540. Iacob. Benni. de privileg. Inreconf. part. 3. priuil. 62. Perez l. 1. gloss. 3. ad fin. verbo in los Doctores tit. 1. lib. 4. Ordin. pag. 771. Menoch. conf. 126. num. 7. Cened. ad Decretal. collect. 143. num. 3. Fr. Emman. quest. Regist. tom. 2. quest. 130. art. 1. Bobadill. in sua politica lib. 1. c. 10. num. 42. Card. in praxi iudicum verbo dignitas num. 6. Azaved. l. ult. num. 61. tit. 1. lib. 4. noua recopil. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 48. §. 3. n. 78. quam quidem dignitatem quis sine peccato ambiturus petere potest, ut ex hoc text. colligit Rebuff. de privileg. schol. priuil. 169.

Doctor etiam nobilis est, & nobilitas privilegiis fruitur. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 19. ex num. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 68. Iacob. Benni. d. part. 3. priuil. 56. ac proinde si ex statuto Ecclesiarum praebendae debeantur nobilibus, Doctor admittitur, secundum Mohed. decis. 34. Guid. Pap. dec. 88. num. 1. Rebuff. de nomin. quest. 15. num. 10. Segura Daualos in direct. iud. p. 1. c. 3. ex num. 3. Viui. lib. 2. commun. opin. 87.

SVM MARIYM.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Praebenda theologiae perditur per non residentiam.
- 3 Collegium in singulis Cathedralibus pro educandis pueris, quomodo instituendum remissive.
- 4 Docentis necessitas reuelari debet.

CAP. Quia nonnulli. IV.

MAGISTER idoneus non solum in Cathedrali, sed in qualibet Ecclesia habente facultates sufficientes constitui debet à Praelato cum Capitulo, seu cum maiori, & saniori parte Capituli eligendus, qui gratis clericos Ecclesiae in Grammatica & alios iuxta posse instituat. In Metropolitana vero Ecclesia instituendus est Theologus, qui Sacerdotes, & alios instituat in Sacra Pagina, & praesertim in his quae spectant ad curam animarum, Cuilibet autem Magistrorum assignari debent à Capitulo proventus vnius praebendae, & pro Theologo tantundem dum legit, non tamen propter hoc efficiantur Canonici: quod si Ecclesia Metropolitana duobus nimis grauetur, Episcopus de Grammatico in alia Ecclesia sufficienti suae ciuitatis, vel dioecesis providere faciat. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Panor. Mar. Socin. Felin. Viuian. in *rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 12. Alagona in compend. iuris Canonici pag. 635. remissive Ximen. in concord. part. 1. defumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. c. 1. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. unico.*

Vide posita in c. 1. sub hoc tit.

Quandiu persistit in docendo. Ergo praebenda theologiae perditur per non residentiam, ut per Cosm. in pragm. sancti. tit. de collat. §. 1. vers. provideatur fol. 122.

In Grammatica facultate. De collegio puero- rum in singulis Cathedralibus instituendo pro edu- candis

candis pueris, & docendis in Grammatica, cantu &c. agit Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 18. de quo multa Zerol. in praxi Episc. part. 1. verbo Seminarium; Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 7. n. 68. cum seq. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 489. in 1. edit. & resolut. 380. in 2. edit.

- 4 *Qua sufficere valeat.*] Nam docentis necessitas relevatur debet, ut per Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 53. num. 1.

SYM MARIVM.

- 1 *Prelati & Capitula ad studia Theologiae scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia redditus præbendarum suarum, & beneficiorum per quinquennium integraliter percipiant, & si proprii redditus ad sustentationem studiorum non sufficiunt, debet Prelatus cum Capitulo eis providere; Magistri verò donec docuerint integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.*
- 2 *Literati in Ecclesia Dei dicuntur radij Solis, stellæ.*
- 3 *Ecclesia literatis regitur, & sustentatur, totisque mundus illuminatur.*
- 4 *Docentes sacram Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia planè gaudent.*
- 5 *Docentes, privilegio percipiendi fructus gaudent quamdiu docuerint.*
- 6 *Distributiones quotidianas non percipit absens causa studij.*

CAP. Super specula. V. & fin.

Honor. III.

- 1 *Prelati, & Capitula mittere debent ad studium Theologiae aliquos dociles, qui deinde possint in Ecclesia docere, quibus subministrant necessaria, si proprii proventus Ecclesiastici non sufficiunt, & studentes per quinquennium percipere debent fructus integros præbendarum, & beneficiorum; similiter Doctores Theologi dum docent, non obstante consuetudine, vel statuto contrario. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Burr. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viuian. in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 53. Alagona in compend. iuris Canonici pag. 636. remissive Catal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.*

- 2 *In Dei Ecclesia velut splendor.*] Literati in Ecclesia dicuntur radij Solis, & stellæ, Mandos. in reg. 16. Cancell. quæst. 15. num. 3. Bald. in autb. habita num. 12. C. ne filius pro patre, quibus regitur & sustinetur. Abb. in cap. de multa num. 5. & 7. sup. de præbend. Felin. in c. si quando n. 7. vbi Navar. except. 16. num. 5. sup. de rescript. Perrett. ad Extranag. ambrosia, verbo ex quibus Ecclesia n. 21. de rebus Ecclesie non alienan. Hieronym. Giach. in consensu indicatus. num. 67. & 81. latè Carol. de Grassis in tract. de officiis cleric. in prælud. n. 63. cum seqq. totisque mundus illuminatur. Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. cap. 11. num. 27. Carol. de Grassis d. prælud. num. 88.

- 4 *Docentes verò, &c.*] Notatur ad hoc quod docentes sacram Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia planè gaudent, & fruuntur, ita Concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 1. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. de non resid. num. 25. & in tract.

de privilegiis schol. prinil. 29. & 31. Horat. Luc. not. tract. prinil. 99. & 100. Fulc. de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 10. Pett. Lefnaud. in tract. de privileg. Doctorum, part. 2. §. 22. Jacob. Benn. in tract. de prinil. lris. p. 1. prinil. 15. num. 1. Fr. Emman. in summa tom. 1. c. 33. n. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad Bullam Cruciatæ, cap. 7. ad 4. concl. num. 27. Veg. in sum. p. 1. c. 36. cap. 41. Carol. de Grassis in d. prælud. a num. 106. Vgolini de officiis, & potest. Episcop. cap. 19. in princ. num. 6. & cap. 43. 44. Azor. in sist. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. & cap. 1. quæst. 1. & 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. prom. num. 180. Aloyf. Ricc. in collect. decis. collect. 446. Moneta de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 10. a princ. quos refero ego ipse de officio, & potest. Episcop. part. 3. alleg. 56. num. 18. vbi num. 17. cum Nicol. Garcia de benefic. part. 3. cap. 2. num. 59. & 60. aduocato prædictam resolutionem esse intelligendam de his qui docent conducti, seu salariati, aut ratione stipendij, seu cathedræ, quam habent, non verò de his, qui sponte, aut voluntariè legunt sine stipendio & cathedra, nisi legant cum licentia vniuersitatis, seu claustris, siue Collegij Doctorum.

Per annos quinque.] Refertur ad studentes, nam docentes quoad privilegium percipiendi fructus non habent ullam temporis determinationem, sed eo gaudent quandiu docuerint, ut per Abb. hic num. 4. & Moneta d. quæst. 10. num. 16.

Cætera quæ ad materiam huius text. pertinent, inuenies ad cap. relatum sup. de clericis non resid.

In glos. Integrè. Notatur ad hoc quod distributiones quotidianas non percipit absens causa studij, circa quod nihil innotasse Concil. Trident. referunt Gütierr. canon. 1. 2. cap. n. 15. num. 12. Zerol. in praxi Episc. cap. part. 1. verbo distributiones quotidianæ §. 3. Gonzal. d. §. 7. prom. a num. 78. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 111. Sandou. de officio Ecclesiast. part. 5. cap. 17. Quæritur in summa Bullarum, verbo residentia, vers. quod autem, Moneta cap. 10. num. 23. Stephan. Gratian. discept. fore. c. 166. num. 17. Vgolini. d. c. 19. §. 2. num. 6. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 495. in 1. edit. & resolut. 386. num. 1. in 2. edit. Armentar. in addit. ad recip. legum Nauarra. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. num. 67.

De Iudeis, & Sarracenis & eorum seruis.

Tit. IV.

SUPER hanc rob. scripserunt Anch. Zobar. Bell. Ioan. Andr. Anan. Burr. Petrus. Felin. Marian. Socin. Petrus. de Rauenn. in compendio iuris Canonici. Guillel. Durand. in speculo iuris lib. 4. sub hoc titulo. & in breuiario auctoris iuris Canonici fol. 138. vers. Martin. Melnard. in epitome Decretalium fol. 177. Stephan. Ranchin. in continuat. titulum Decretalium, Dan. Venator in analyti methodica iuris Pontificij, a pag. 620. Goffi. & Huel. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decretal. Barthol. Cartag. in exposit. titulum iuris Canonici, Zypæ. in analytica præfati iuris Ecclesiast. enarrat pag. 385. nonnulli Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit.

De Iudeis tractatum edidit Marquard. de Salsam. & tractatum Zaz. in opusculo de Iudeis, Follet. ad censur. Regni tit. de Iudeis, Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 434. Ioann. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 4. cap. 4. omnium laudissimè Anton. Ricciol.